

Censura SE. Hier.
Fr. Balduini r. p. in calu.
Reg. et Reg. def. con. Calu.
Synodica 2. Cr. et Hier.

Sebastiano Comero

Saba. in. de. man.

D
573

CENSURA
Catholica
de adon...
M...M...

De ●
573

CONSUETA
Catholica
de adoratione
Trinitatis

Consue... se...
...
...
...
...

De 
573

MARTINI
CROMERI ORATIO,
IN SYNODO CRACOVIENSI
nuper habita.


ECCLESIAST. XXXIX.

Ipse tanquam imbres emittet elo-
quia sapientiæ suæ: Et in Oratio-
ne confitebitur Domino.

Collaudabunt multi sapientiam
eius: Et usq; in sæculum non des-
lebitur.

Moguntia, ex officina Francisci
Behem Typographi. Anno

M. D. L.



MARTINI

GRONINGEN

1730

1730

RECEIVED

of the

of the


of the

of the

of the

of the

M. D. C.



1
REVEREN

DO IN CHRISTO

PATRI AC DOMINO, D.

Gerardo Zulreio, Abbati insignis & uetusti
Monasterij S. Laurentij prope Leodium,
Ioannes Cochlaeus

S. P. D.



*Eucrende Pater, Cum
essem Anno Domini
M. D. XXV.*

*é Decanatu meo: quem
habui Francfordiæ ad Mogonum
fluum (qui Moguntia Rheni
coniungitur) furore plebeio, in gene
rali Rusticorū Germaniæ tumul
tu, eiectus & fugatus, atq; mox
alio seditionis tumultu Moguntia*

*Seditio
nes in
Germa
nia
Anno
1525.*

A ij peri-

EPISTOLA IOAN. COC. AD
periclitatus, fugi ulterius Colo-
niam ad ueteres Præceptores &
amicos meos. Cum autem illic quoq;
Diebus XIII. terribilis & hor-
renda subinde, totiq; Clero admo-
dum grauis & periculosa grassa-
retur seditio, confugi trans Rhe-
num ad Monasterium Tuitiense,
in quo fuerat olim Abbas ueneran-
dæ memoriæ RUPERTVS,
qui antea fuerat Monachus &
frater Monasterij uestri, uulgo di-
ctus more Gallico Robertus. Quo-
nam uero Norinbergæ paulo ante
fuerant æditi XIII. huius Ru-
perti libri De uictoria uerbi Dei,
Lutherani sperantes, se pro secta
sua egregium in hoc authore habi-
turos

Monas-
terium
Tuiti-
ense.

turos esse patronum, sollicitè instabant apud Abbatē Tuitiensem, ut quicquid uetustorum librorum huius Ruperti apud se haberet, eis traderet excribendum. Cum autē in iam æditis illius opusculis, utpote De uictoria uerbi Dei, De potentia Dei et De uoluntate Dei, falsas & improbas suæ sectæ adiecissent præfationes & annotationes: Rogauī Abbatē, ne reliquos istius Authoris libros traderet in manus peccatorum, sed permetteret Catholicis potius, ut Coloniae imprimerentur. Quibus sane fidelem ac sedulam adhibui operam, non solum corrigendo Typographorum errata, sed etiam inquirendo plura

Opuscula
per hæreticos
deprauata.

EPISTOLA IOAN. COC. AD

illius opera, quæ Abbas in Tuitio
non habebat. Cunctis accepissem,
in Monasterio uestro superesse

Opus
de glo-
ria et
honore
filij ho-
minis.

XII. libros eiusdem Ruperti su-
per Matthæum, De gloria & ho-
nore filij hominis, curavi, ut inter-
cessione ac diligentia R. D. Theo-
derici Hezij, Canonici Leodiensis
(qui fuerat intimus Adriani VI.
Papæ Secretarius Romæ) uiri
Doctissimi pariter et uita Integer-
rimi, adeptus fuisssem Exemplar
originale: illud protinus exscribens
in lucem ædidi, sicut & alia multa
illius non exigua opera. Hinc sem-
per grata & honorifica fuit mihi
Monasterij uestri memoria.

Anno autem superiore, multo
adhuc

adhuc gratior mihi facta est ea me-
 moria per literas Reuerendæ Di-
 gnationis tuæ, tam humanitate er-
 ga me tua, quam eruditione ac pie-
 tate refertissimas. Quarum hoc
 erat initium. Beneficium dando ac-
 cepit, qui digno dedit. Et post pau-
 ca ita subiūxit R. D. tua. O nobis
 suspiciendū atq; amplectendū Ru-
 pertū nostrū, cuius quidem aliqua
 opera, olim D. Theoderici Hezij
 fauore, tuis in hoc uotis satisfactu-
 ri, immo toti Reipublicæ Christia-
 næ consulturi, ē nostræ Bibliothecæ
 sinu typis mādanda deprompsimus:
 Quo tanti Authoris opera, in
 omnium manibus undiquaq; inte-
 gra uersarentur, & turbulentum

Episto-
 la Ab-
 batis
 Leo-
 diensis.

A iij nostræ

EPISTOLA IOAN. COC. AD
nostræ religionis statum, sua do-
ctrina ab innumeris nouarū secta-
rū disseminatoribus, quoquo modo
protegerent. Quo nomine ut nobis,
tum alijs, qui descriptos eiusdem
authoris codices tibi tantisper, dum
in lucem æderentur, impertierunt,
non nihil grata posteritas debeat:
Certe maximam gratiam, optimo
iure quilibet Christianus debere se
non inficiabitur: qui & immensi la-
boris in his cudendis tædium deuo-
raueris, & impensas pro sua pau-
pertatula liberali manu Chalcogra-
phis exhibueris, &c. At uero
quod R. D. tua queritur de tam
longa inter nos locorum intercape-
dine, ostendam hoc paruo libello
R.

Nihil
nimis
longū
et im-
peruiū
charita-
ti.

D. GERARD: ZVLREIVM. 4

R. dignitati tuæ, nihil esse longum
et imperuium Charitati non fictæ.
Fortis enim est (ait Salomon) ut
mors dilectio, & aquæ multæ non
potuerunt extinguere charitatem.
Non extinxerunt in corde meo cha-
ritatem ueram, qua ardentissime
dilexi Episcopum Roffensem, &
Thomam Morum Angliæ Can-
cellarium: licet maior esset inter nos
locorum distantia. Nec obstat
amori meo perpetuo maius locorū
interuallum, quo non minus in mor-
te quàm in uita, optimos & Do-
ctiss. uiros, Amplissimos Cardi-
nales, Campegium, Contarenum
Sadoletum, & id genus complures
alios dilexi, quorum dulcissima mihi

Cant. 8.

A v semper

EPISTOLA IOAN. COC. AD
semper est memoria. Ita et nunc non
minus diligo R. D. tuã Heziumq̃
Leodij, et Reuerendissimum Do-
minum Episcopum S A M V E-
L E M, & Martinum C R O-
M E R V M Canonicum Cra-
couiæ commorantes, quã diligo
hic Vratislaviæ quosdam piissimos
& Integerrimos Dominos Cano-
nicos, quorum benefica & minime
ficta charitas, è Moguntia (unde
ad R. D. tuam anno superiore li-
teras dedi) & Eystadio (ubi mihi
non longe à patria inter multos ami-
cos charissimos bene erat) huc me ad
pristinam residentiam forti chari-
tatis fune ligatum retraxit.

Vt igitur R. D. tua, nulla
locorum

D. GERARD. ZVLREIVM. §

locorum intercapedine obstante,
mecum uere diligat magnos in Re-
gno Poloniæ antiquæ fidei ac pie-
tatis assertores, è re & officio cha-
ritatis fore arbitror, mittere ad te
per proprium nuncium, eumq; mihi
cognatum, Orationem D. Crome-
ri, habitam nuper Cracouiæ in ce-
lebri Sacerdotum Synodo, & ex
charitate huc ad me missam, manu
scriptam & nondum ab ullo Ty-
pographo æditam. Quam equidem
Moguntia ab affine meo ædi &
in orbem dispergi cupio, ut feroces
Ecclesiæ hostes, Lutherani &
Zuingliani uideant, Domũ Dei,
supra petram firmiter ædificatam
à Christo, Domino nostro Cuncti
potente,

Oratio
D. Cro-
meri
Craco-
uiensis.

EPISTOLA IOAN. COC. AD
potente, nullis calumnijs aut te-
chnis finaliter euerti aut expugna-
ri posse. Bene ualeat R. D. tua
Religiosissime Pater. Ex
Vratislauia. Idibus
Januarij.

M. D. L.

MARTINI

6
MARTINI
CROMERI ORATIO,

*Cracouiae in Synodo
habita.*



RVNT signa
in Sole, & luna,
et Stellis, et in ter
ris pressura gen
tium præ confus
sione: sonitus ma
ris & fluctuum, arescentibus ho
minibus præ timore & expecta
tione eorum, quæ superuenient
uniuerso orbi, Lucae 21.

Cum genus humanum à Deo
Opt. Max. ad fruendum ipso, qui
est summum bonū & sempiterna
beatitas

beatitas, conditum, eo deserto in
 extremā miseriam ultro sese pre-
 cipitasset, non est tamen eius ope,
 cuius misericordię nō est modus,
 omnino destitutum. Reconcilia-
 uit enim nos ille per sanguinem
 dilecti filij sui Christi Iesu, ut iusti-
 ficati gratia ipsius (quemadmo-
 Tit. 3. dum scribit Diuus Paulus) here-
 des simus secundum spem uitæ

Via ad æternæ. Et quoniam donec su-
 Beatitu- mus in hac uita, mortis quā ui-
 dinem. tæ similiore, aliqua tamen uia no-
 bis ad beatam illam immortalita-
 tem incedendum est: uiam quoq̃

Ioan. 16. Christus idem nobis demonstra-
 uit, & docuit nos, tum per se ipse,
 tum per Spiritum suum sanctum
 omnem ueritatē. Ad extremum,
 ne facile de uia, duce itineris uerit-

tate

tate amissa, decederemus, neue ad
 uersorum occurrentium obiectu
 lassesceremus aut refugeremus,
 eorum nos multò ante clementer
 præmonuit, non ut terreret, sed
 ut præmuniret: Ne uel premen-
 tium malorum pondere prægra-
 uati, uel impendentiū metu con-
 sternati, de Dei erga nos cura,
 prouidentia & benignitate dubi-
 taremus: Ut est uidere cum in
 alijs multis Euāgelij locis, tum in
 hoc isto, unde sermonem hunc
 nostrum auspicati sumus. Cum
 enim de uarijs signis, pressura
 gentium, & anxia expectatione
 eorum malorum, quæ impende-
 rent uniuerso orbi terrarum, præ-
 dixisset, statim consolationē adie-
 cit, subiiciens: His autem fieri in-
 cipientibus,

Con-
 solatio
 per
 Christū

cipientibus, respicite & leuate
 capita uestra, quoniam appropin-
 quat redemptio uestra. Quod si
 fuit unquam tempus, patres &
 fratres uenerandi, quo consolati-
 one & cautela pijs homines, &
 in primis ministri Christi sacer-
 dotes indiguerunt; nunc illud est
 maxime, quando omne mali ge-
 nus a Christo prenūciatum, non
 iam eminus adueniens ociosi me-
 ditamur, sed agminatim in nos
 incursans, cominus experimur.

Mala
 horum
 tempo-
 rum.

Nam quando bella crebriora, tu-
 multus & seditiones maiores &
 atrociores extiterunt? Quando ma-
 gis, non dico gens cōtra gentem,
 aut regnum aduersus regnū, sed
 ipsę in sese gentes collisę, regnaq;
 diuisa insurrexerunt? Omitto pe-
 stilentias,

pestilentias, fames, & multa portenta et prodigia: Quando profani hoïes, nec magis ferè alieni quàm necessarii, cognati, fratres, & parentes acrius nos persecuti sunt: quando magis exosi fuerunt pñ cunctis hominibus, propter nomen & ministerium Christi: aut quando pertinacius ij, qui nostra nobis uel negant, uel diripiunt, templa spoliant, nos ipsos contumelijs afficiunt, pulsant, & interficiunt etiam, proh dolor, obsequium se Deo præstare arbitrati sunt: Non dico de barbaris, & à religione nostra Deoq; alienis, quod esset tamè tolerabilius: uerum de ijs, qui eundè nobiscum Deum colere se præ se ferunt, & hñdem certe mysterijs initiati sunt.

Persecutio Cleri per Hæreticos & per Laicos.

B Quando

2. Pet. 2.

Quando autem plures uenerunt
 in nomine Christi? Magistri mē-
 daces (ut inquit D. Petrus) intro-
 ducentes sectas perditionis, au-
 daces, sibi placentes, dominatio-
 nes siue magistratus contemnen-
 tes, blasphemantes & reprehē-
 dentes ea quæ ignorant, superba
 & uana loquentes, pellicientes
 multos in desiderijs carnis & lu-
 xuriæ, libertatem ipsis pollicen-
 tes, cum ipsi sint serui corruptio-
 nis, & (ut ait Iudas Apostolus)
 Domini nostri gratiam transfe-
 rentes in luxuriam, & ad extre-
 mum ipsum dominatorem &
 Dominū nostrum Iesum Chri-
 stum, in sanctissimis eius myste-
 rijs duntaxat negantes. Quando
 inquam, huiusmodi hominum
 ubi

uberior prouentus fuit: aut quando maiore impunitate & magistratum cōniuentia (nolo enim dicere fauore) creuit eorum licentia & audacia? Hi sunt sonitus illi maris & fluctuum plus quàm Decumanorum, quos prædixit Christus, quos & Iudas Apostolus magistrum secutus, fluctus feri maris, despumantes suas confusiones appellat: Qui quatiunt quidem nauem Ecclesie, & affligunt uehementissimè, sed nunquam tamen demergent. Denicq̃, quando magis arelcebant siue tabescebant homines metu & expectatione grauiorū etiam malorum, prænotantibus ea signis, quæ in Sole, Luna, & Stellis maxima nunc apparent. Quando nanq̃

B ij que

què Sol magis conuersus est in
 tenebras, ut est apud Ioëlem, &
 Ioel. 2. Luna in sanguinè: hoc est, quan-
 do præfides Ecclesiastici quidem
 in Sole, Luna et Stellis. scientiæ rerum diuinarum, profa-
 ni uero pietatis et iustitię, quibus
 prælucere cęteris hominibus, qua-
 si clara luminaria, deberent, ma-
 gis expertes fuerunt? hi quidem
 neglectu cultus diuini et iniustitię
 sanguine infecti, illi uero ignoran-
 tię caligine obducti. Quando
 plures Stellæ, hoc est, Sacerdotes
 atque Doctores, quorum mun-
 nus est ad iustitiam erudire mul-
 tos (hos enim Daniel Stellis faci-
 cit similes) à puritate uitæ & re-
 cta religione, quasi de cœlo pro-
 lapsi sunt? Et nescio quomodo
 fit, ut istarum hereseôn, quę nunc
 Ecclesiis

Ecclesiam atque religionē Christi diuexāt, nō alij ferè fuerint aucthores, sintq; etiam nū satores atq; què propugnatores, q̄ Sacerdotes & Monachi, sacrarū literarū doctrinam professi: Nec alio magis ex uulgo commendatę sunt, uiresq; sumpserunt, quàm impurę & flagitiosę uitę sacerdotalis intuitu & abominatione. Hęc igitur tot ac tanta mala ne nos obruant, patres & fratres uenerandi, & à Deo penitus auertāt, etiam atq; etiam nobis prouidendum, cauendum, ac deprecandum est. Hanc enim ob causam huiusmodi terrificę scripturę nobis in templis recitātur, ut ne despondeamus animos. Vnde non immerito Diuus Paulus in Epist.

Conso-
latio ex
scriptu-
ris.

Rom. 15.

B in Itola

Rom. 15. stola ad Rom. id quod hodie in
 sacris publicè recitat: Quęcunq;
 scripta sunt, inquit, ad nostram
 doctrinam scripta sunt, ut per pa-
 tientiam & consolationem scrip-
 turarum spem habeamus. Vbi
 animaduertere nos oportet, hæc
 uerba Pauli sic accipi debere, ut in
 aduersis rebus patientiam & con-
 solationē scripturarū pro rata q̄s̄
 que portione sectantes, in cōmun-
 ne tñ nihilominus presentium pariter
 & imminentium malorū auer-
 tendorū rationes ineamus, ne his
 sciētes et uidētes inuoluamur, nō
 sine summo etiā illorū ipsorū, qui
 nobis ea conciliāt, salutis discrimi-
 ne. Neq; em̄ Christus Ecclesiam
 suam Babylonē quandam confu-
 sam, in qua cuiq; quod libēret, li-
 ceret,

Eccle-
 sia non
 Baby-
 lon est,
 sed no-
 ua Ieru-
 salem.

ceret: sed ciuitatē sanctam, Ierusalem nouā, cuius participatio in id ipsum, sed ut castrorū aciem ordinatam esse uoluit. Neq̄ t̄m pascere, quod Græci βόσκειν, sed etiam regere, quod ποιμαίνεω dicūt, oues suas Petrum iussit. Et non iussit quidem ille malo resistere, sed idem uendentes & ementes de Templo eiecit, & peccantem in nos fratrem denunciare Ecclesiae, eam uero non audientem pro Ethnico & Publicano habere præcepit, recipiens rata fore in cœlis nostra iudicia, & illic etiam ligata fore, quæ hic ligauerimus.

ApoC. 21.

Psal. 121.

Cant. 6.

Ioan. 21.

Matth. 5.

Ioan. 2.

Mat. 18.

Autori

tas Pe

tri &

Pauli

in Ec

clesia.

Eiusdem Apostolus, cui dedit ipse claues regni cœlorum, Ananiam & Sapphiram spiritui

Mat. 16.

Act. 5.

B iij sancto

MARTINI CROMERI

sancto mentientes, uerbo pere-
 mit: *1. Cor. 7.* Alius uero, qui non falso spi-
 ritum Dei habere se putat, ince-
*2. Cor. 5.*stum tradidit Sathanæ in interi-
 tum carnis: *Act. 13.* Elimam magum uer-
 bis suis resistentem cæcitate per-
*1. Theff. 5.*cussit: Thessalonicenses corripere
 inquietos, Corinthios malum ex
 se ipsis auferre iubet, uetatq; cibū
 sumere cum fornicarijs, auaris,
*Gal. 5.*Idololatrīs, ebriosis, et rapacibus,
 & abscindi eos, qui Galatas con-
*1. Tim. 5.*turbabāt, optat; Timotheo quo-
 que Episcopo præcipit, ut peccan-
 tes coram omnibus arguat, quo
*Tit. 2.*cæteri timorem habeant. Tito
 item, ut cū omni imperio loqua-
 tur, exhortetur & arguat, dureq;
 disciplina increpet. Non igitur quisq;
 Eccle- suo arbitrato uiuere & sentire, si-
 siastica, nendus

nendus est in Ecclesia: sed omnia 1. Cor. 14.
honeste & secundum ordinem
fiant in nobis, quemadmodum
inquit S. Paulus, ut unanimes
uno ore honorificemus Deum &
Patrem Domini nostri Iesu Christi Rom. 15.
Atque id non alia re magis asse-
quemur, quam disciplina Eccle-
siastica, quæ corripit inquietos, et
æquabilitate quadam inæquales
consociat, & quos ipsa non mo-
uet pietas et charitas, metu & pœ-
nis in officio continet. Neque uero
aliud suavissimus ille iustitiæ &
pacis nexus significat, quem Da-
uid in diebus & regno Christi Psal. 71.
exoriturum esse uaticinatus est. 84.
Hæc igitur patres & fratres, disci-
plina inquam Ecclesiastica, recte
& sapienter olim à sanctissimis
B v patribus

patribus & maioribus nostris in-
 stituta, diligenter custodita, sed
 nimis deinde, heu dolor, remissa
 temporibus, longo quasi post-
 liminio tandem nobis reuocan-
 da & restituenda est, si religio-
 nem & sanctissimas cæremo-
 nias factas rectas conseruare, si
 nos ipsos populosq; curæ nostræ
 commendatos saluos esse, si de-
 niq; (quod unum fortasse cura-
 mus nonnulli) cōmoda & emo-
 lumēta nostra retinere uolumus,
 ut certe uelle debemus. Ad re-
 stituendā uero, stabiliendam, &
 quasi manu tenendā disciplinam,
 authoritate in primis opus est:
 Quam languidā et afflictam hoc
 tempore, utinā ne nos ipsi magis
 etiam debilitaremus, dum solis
 commodis

Sequi
 propria
 cōmo-
 da.

commodis nostris studemus, eorunq; causa cætera omnia suscipere deq; ferinus, longe errantes, mea quidē sententia: Quasi uero non illinc hæc, hoc est, ex diuinis terrena dependeant. Neq; enim existimare debemus, ut aut precario diu nos commoda nostra retinere posse, si disciplina & auctoritas Ecclesiastica prorsus concidat, si religio Deique timor ex animis hominum effluat: Si modo uerum est, ut est certe, iisdem artibus, quibus parta est, rem quamlibet conseruari.

His igitur de rebus tantis, cum ab amplissimo hoc nostro Antistite in consilium mittimini patres & fratres mature & non perfunctorie, quemadmodum
 Serio consu-
 tandū
 de his
 rebus,
 aliàs

aliàs fere factitatum est, consul-
tandum & statuendum uobis
erit. Quanquam ut omnia facia-
mus, non tam in consilijs nostris,
quàm in Dei Opt. max. manu-
res ex sitæ sunt, à quo est, quic-
quid est usquam boni: sine quo
cassæ & uanæ sunt omnes curæ
& cogitationes hominum.

Iacob. 1.

Ad Deum
confu-
gere.
1. Tim. 2.
Matth. 8.

Ad eum igitur puras manus, sine
ira ac disceptatione, leuemus ne-
cesse est, ut exaudiat nos in die
tribulationis & angustiae, ut ser-
uet nos nauemq; hanc suam siue
Ecclesiam, quam nunc tantę tem-
pestates, quantæ haud scio an-
unquam aliàs quatiūt, ac tantum
non obruunt. Ipse enim per os
Dauidis hoc nobis malorū quasi
amuletū quoddam efficax osten-
dit:

dit: Inuoca me (inquiens) in die ^{Pfal. 43} tribulationis, eruam te & honorabis me. Et apud Lucam supra memorato cap. 21. post longum illud malorum examen prænunciatum: Vigilate itaq; (inquit) omni tempore orantes, ut digni habeamini fugere ista omnia, quæ uentura sunt.

Secundum Deum autem in te, Samuel præsul ornatissime, ^{Ad} spes nostræ sitæ sunt. ^{Episco} Quod ego ^{pū} non præ omnibus, sed pro omni- ^{Cra} bus, atq; adeo cum omnibus his ^{couien-} dico. Cernis enim, ut omnium ^{sem om-} oculi in te coniecti sunt. Et quo- ^{nium} niam omnes pariter succlamare ^{oculi.} inusitatum est, ecce tibi uultibus, gestibus, oculorum & capitum nutibus cuncti quæ dico appro-
bant,

bant, ac taciti fidem opemq; tuam
mecum implorāt. Non hi autem
soli, sed omnes quotquot te pa-
storem et Antistitem suum agno-
scunt, atq; adeo cunctus totius
Poloniæ, & adiunctarum ei pro-
uinciarum ordo Ecclesiasticus,
te unum maxime intuetur, tibi se
salutemq; ac dignitatem suam,
tibi sanctissimā Christi religionē,
cū suis mysterijs ac cęremonijs,
etiam atq; etiam cōmendat. Quæ
ne profligatorū hominū conscē-
leratis et impijs ausis et conatibus
conuellantur, & ad extremum,
crescente indies licentia, pristina
barbarie & Paganismo commu-
tata, regnum quoq; hoc amplis-
simum pessudent, & ab imis
fundamentis eruant; summa cura
atq;

atq; diligentia tibi in primis pro- Præcelsa
 uidendum est. Abundas do- lencia
 ctrina & consilio, gratia et autho- huius
 ritate, uoluntatis uero & pietatis Episcopi
 non leuia præ cæteris documenta copie
 sæpe præbuiſti. Facis tu quidē pro
 tua humanitate & modestia, ut
 nos in consiliū adhibeas de refre-
 nāda eorū audacia, qui damnatas
 olim sectas, & ab Ecclesia Catho-
 lica aliena dogmata, in Dicecesim
 tuā inuehere, & pacē cōsensumq;
 nostrū perturbare satagūt; de uin-
 dicanda à contemptu, cōtumelijs,
 & iniurijs prophanorū hominū
 authoritate Ecclesiastica, dignita-
 te sacri ordinis, facultatibus & re-
 ditibus, personisq; nostris: deniq;
 de moribus nostris deprauatissimis
 & inquinatissimis corri-
 gendis,

gendis, ac de tollendis abusibus.
 Neq; id ego non laudo. Est enim
 sapientis, non præfidentem suis,
 aliorum quoq; consilia libenter
 audire. Et multa fortasse dicent
 multi ex hac doctõrum & sapien-
 tum uirorum corona, ad res, de
 quibus agitur, multum facientia.

Non
 itã con-
 silijs q̄
 factis
 nunc
 opus
 esse.

Ego uero factis quàm consilijs
 nunc magis opus esse iudico. Iam
 pridem enim omnia cum de reli-
 gione & cõremonijs, tum de dis-
 ciplina & moribus sacerdotum:
 tum autem de authoritate Eccle-
 siastica, et coërcione uiolentorum
 & sacrilegorũ, antiquissimis san-
 ctõrum Patrum, Pontificum atq;
 Conciliorum Canonibus recte
 & sapienter constituta sunt: ita,
 ut qui melius quid nunc excogi-
 tare

rare conetur, eum longe (meo quidem iudicio) errare necesse sit. Quod uero minus quam deberent, haecenus ea ualuerunt, si uerum dicere uolumus, Episcoporum in primis ea culpa fuit.

Qui cum alia quauis uia fortassis, quam uirtute, doctrina, & Culpa
 pietate sua ad amplissimum istum Episco
 honorem obrepserunt, uerius quam porum.
 conscendissent, & in eo uel ocium
 & uoluptates uel, auram popula-
 rem & gratiam, uel opes & po-
 tentiam, uel propinquorum suo-
 rum euectionem stabilimentumque
 familiae, denique quidlibet potius,
 quam Dei gloriam, & salutem
 Christiani populi confectaren-
 tur, haec quoque muneris ipsorum erat,
 propria, partim inscientia praeter-
 miserunt,

miserūt, partim nō ignorata ne-
 glexerūt: uel non magnopere ad
 se ea pertinere putātes, uel multi-
 tudinis potentūnue uoluntates
 offendere non ausi, ne suis illis
 studijs & cupiditatibus offe-
 rent, uel certe fauore & præsidio
 regio, quæ non raro necessaria
 sunt ad reprimēdam improborū
 audaciam, sua ipsorū culpa magis
 quàm infœlitate, ut ego arbi-
 tror, destituti. At tu neq̃ secus
 quàm conueniebat, honorem
 istum adeptus es, neq̃ eundem,
 quem multi, muneris istius &
 omnium actionum tuarum finem
 tibi proposuisti: quippe qui non
 modo didiceris, uerūetiam alios
 cum in familiaribus Colloquijs,
 tū in sacris concionibus doceas,
 quā

Laus
 Episco
 pi à uir-
 tutibus.

quàm incertæ, fluxæ, & momen-
tanæ sint cunctæ res humanæ,
quàm uana atq; etiam stulta stu-
dia, Diuitias, potentiam, ocium et
uoluptates caduca esse & falsa bo-
na, & exitio sæpe multis fuisse: fa-
mam et gratiã popularẽ, quæ in-
dulgendo & assentando colliga-
tur, aut nõ respondere desiderio
sectantium, aut non diuturnam
esse, interdum etiã iusto Dei iudi-
cio maiore infamia et odio cõmu-
tari. Porro familias, quæ de Patri-
monio Christi et pane pauperum
ditantur et euehuntur, nõ multo
post ferè fūdītus interire: plerōsq;
aut ex eis dedecores suis esse sole-
re, certe nomini et ordini nostro,
ne dicã religiōi, inimicos: Deniq;
sua quæretiu, diuinisq; anteponẽ
C ij tium

tiū expectationi & uotis non temere quicquid, aut non diu certe respondere. Hæc tu igitur crebro tecum ipse meditans, & cum alijs conferens, fieri non potest, quin posthabitis rebus omnibus, quæ multos aliorum auocant, gnauiter, quæ sunt officij tui, cures. Nec est uerisimile, ut qui illa, quæ modo commemorauī, probe nota, meditata, & explorata habeas: non est, inquam, uerisimile, ut uel commodorum tuorum, uel propinquorum & familiarum, uel gratiæ popularis ratio, uel quæuis alia res à recto te abducat.

Non timenda
inuidia
aut si
multas
potentium.

Nec est sane, quod aut inuidiam aut similitatem potentium, aut regiū uoluntatis alienationem reformides. Nam ut nondum omnem

omnem prorsus inuidiam splendore uirtutis dignitatisq; tuæ superaueris, ut potentium quorundam similitatem uitare non possis, certe utraq; Dei & Ecclesiae eius causa magno & excelso animo debes contemnere, fretus illo Christi promisso, quo ille tibi tuiq; similibus Apostolorum successoribus, os & sapientiam daturū se esse pollicitus est, cui non possint resistere & contradicere ulli aduersarij. Tametsi ut quisq; potentissimus est, ita maxime uel amicus tibi est; uel ut de alijs fortassis abs te dissentiat, de religione certe & Ecclesia tecum sentit, uel deniq; offendere te prorsus inutile sibi esse ducit, non ignarus

LUC. 21.

C. iij. desse.

MARTINI CROMERI

Officiū
erga re-
gem.

desse. Regem uero tu, officium
tuum faciens, offendas: qui te &
patris instituto diligit, et suo reue-
retur, & cum de Repub. libens
auscultat tuis consilijs, tum in reli-
gione totum se ex te pendere di-
ctis et factis profitetur. Cuius in-
tuitu si quid forte remittere de of-
ficio tuo, pietate antiqua, & auto-
ritate Ecclesiastica uelis, ueren-
dum est, ne ille non temporis cau-
sa te id facere existimet, sed quod
ipse quoque de rebus indubitatis,
& longo usu, consensuque publico
receptis in Ecclesia Catholica ali-
ter sentias, uel certe dubites. Nec
desunt sane, qui te ita & apud eū,
& uulgo traducant, tuoque no-
mine ad seducendos simplicium
animos abutantur. Non est igitur
tur

tur, non est, cur tam amantis & reuerentis tui regis causa quicquam hæsites, aut dissimules.

Quod si is maxime nonnullorū consuetudine & susurris deprauatus, rectam religionem nostrumque ordinē auersaret, ob id ne tu minus officium tuū faceres? Scio quem rogem. Non est id integritatis, non sapientiæ, non pietatis, non cōstantiæ tuæ. Non deessent fortassis de uulgo Episcoporū, qui dicerent: Cedendum esse, mala esse tempora. At non ita dixerūt aut senserunt Ignatius, Polycarpus et Cyprianus: nō tot Romani Pontifices, qui à Petro usque plus quàm trecentis annis sub barbaris et immanissimis Tyrannis fucere perpetua ferè serie

Constā
tiæ exē
pla con
tra here
ses.

MARTINI CROMERI

Martyres. Non sic acerrimus Ecclesie Catholice defensor Athanasius, Constante & Valente hereticis, & inter hos interiecto Iuliano Apostata imperantibus, & nullo non crudelitatis genere Catholicos, aut Christianos omnino persequentibus. Non sic eiusdem Valentis tempore Basilius, Gregorius Nazanzenus, & Ambrosius, et paulo post Ioannes Chrysostomus, doctissimi & sanctissimi Episcopi: neque blanditijs deliniti, neque minis deterriti, neque carceribus, exilijs, proscriptionibus, ullisue iniurijs aut contumelijs fracti, quo minus religionem Catholicam et ius auctoritatemque suam & Ecclesie contra hæreticos, potentissimorum Imperatorum

rum

rum favore & opibus nitentes,
 atq; etiam contra ipsos Impera-
 tores, usq; ad extremum halitum
 tuerentur, ne ad leuia quidē con-
 niuentes. Nec ita sensit Thomas
 Cantuariensis, & nuper Ioannes
 Roffensis Episcopus in Anglia,
 qui dum religionem & Ecclesias
 suas defendunt, sacrilegorum re-
 gum gladios non reformida-
 runt, ipsum principem pastorum
 Christum imitati, qui animam
 suam pro ouibus posuit. Sed quid
 externa commemoro, cum non
 desint nobis domestica: quæ &
 ipsa, si non sunt adhuc, erunt for-
 tassis aliquando illustria.

Tho-
 mas &
 Roffen-
 sis in
 Anglia

Certe alia longe fuit D. Stanis-
 lai, Ioannis Grothi, Sbignei Sen-
 nenij, Thomæ Strempinij, fortis-

D. Sta-
 nislaus.

C

V

simorum.

simorum p̄sentissimorumq; E-
piscoporū, quibus tu Samuel opti-
me, in hac præclara cathedra alii
quanto interuallo successisti, alia
inquam horū fuit sententia: qui
iram & minas impotentium re-
gum non ueriti, scelera flagitiaq;
eorum liberrime arguerunt, hæ-
reticis summa ui obstiterunt, ius,
immunitatē, & prærogatiuas Ec-
clesiæ acerrime defenderunt, aut
ereptas recuperarūt, usi autorita-
te sua, quādo res postulabat, idq;
aduersantibus in gratiam regum
non modo profanis proceribus,
sed interdum etiam cæteris Epif-

Constā copis. Non incusarunt hi tempo-
ra: Nec omnes tamen morte forti-
tudinem illam suam luerunt, sed
Episco- ij modo, quos Deus Martyrū
porum, laurea

laurea dignatus est. Multi ex eis ad decrepitā etatē cōmode ac trāquille uixerūt, et cū omnib. tū ip-sis hostib. suis admirationi ac ter-rori fuerunt; nonnulli etiam eis, quibus aduersati erant, ob id ip-sum postea chari euaserunt. Oēs quidem certe gloriam & nomen sempiternū sibi pepererunt: quod lōge optabilius est bonis uiris, q̄ p̄sens gratia, q̄ trāquilla et iucūda uita, q̄ opes, quàm splēdor fa-miliæ, et quicquid aliud multos a-uocat ab officio. Neq; uero menti-ri potuit ueritas, quę ihs, qui do-Luc. 18. mos, aut parentes, aut fratres, aut aliquid omnino eorū, quæ chara sunt uulgo hominū, p̄pter regnū dei relinquūt, multo plura in hoc tēpore, et in futuro sæculo uitam eternā pollicetur.

Ho.

Samuel
Episco-
pus.

Horum igitur tu Samuel optime, uirtutem et robur animi, sat scio, imitari mauis, quam istorum, qui temporum iniquitatem excusant, molliciem, ne dicam nequitiam. Neque mihi incognitæ sunt præclaræ cogitationes tuæ & excelsus animus, certa incertis, uera falsis, æterna momentaneis, diuina humanis anteponens: Tametsi non ea nunc sunt tempora, nec ea est regis nostri indoles, ut aliquid crudele, nefarium, sacrilegum, aut impium ab eo expectandum sit: Sed cum alijs uirtutibus, tum pietate in primis optimi patris sui similẽ is sese, uti speramus, præstare cõtendet. Quid est igitur, quod tui quoque in te (quod pace tua dixerim) nõnihil interdum

interdum requirunt: quid? quod magis ferè in hac tua Diœcesi, quàm usquam aliàs hæreses inualefcere memorant? quid, quòd sacerdotes tui maxime sua seq̄ diuexari, sacra prophanari, sanctissimas cæremonias subsannari, authoritatem Ecclesiasticam pro nihilo duci passim querunt: quid? quòd eorundem sacerdotum tuorum nomen uitæq̄ à prophanis tantopere proscinditur? Non aliud, meo quidem iudicio, in causa est, quàm Terentianũ illud, quod aliquãdo usurpare te audiui: Ego sum animo leni natus, non possum aduersari meis. Hoc ne tu igitur, inquires, reprehendis? Nõ ego sane: quippe qui inter plurimas & præclarissimas

Non
conni-
uendũ
hæreticis.

MARTINI CROMERI

Ne ni-
mium
lenis sit
Episco-
pus.

simas uirtutes tuas nullam magis
admirer, quàm lenitatē, facilita-
tem, benignitatē & clementiam.
Sed uide, quæso te, ne res ipsa, hoc
est, bonorū uirorū, & maxime sa-
cerdotū iuges querelæ, oppressio,
& clamor in cœlum penetrans,
reprehendat. Præclarum est, fa-
teor, esse diciq; lenē, facilem, be-
nignū, clementē, et ut uno uerbo
dicam, bonū uirū: Sed ei, qui præ-
est multis, uidendū est in primis,
ne sua lenitas et bonis obsit, et ma-
los deteriores etiā reddat: Quin
omnes, quemadmodū ait Comi-
cus, deteriores sumus licentia, &
alio niriā lenitas et facilitas. Quā-
obrem seueritate ea temperanda
est. Lenis fuit Propheta ille &
moderator Israëlitici populi Sa-
muel,

Samue-
lis Pro-
phetæ
exēpla.

muel, quē tu non magis nomine, 1. R. 15.
 quā uirtute & integritate refers: Et
 tamen is Saulem regē, Dei præcep-
 tū negligentē auersatus: Non re-
 uertar, inquit, tecū, quia proiecisti
 sermonē dñi, & proiecit te domi-
 nus, ne sis rex in Israël. Idē Agag
 impium cōcidit in frustra coram
 Dño. Quid Moyses dux & ipse Moy-
ses.
 eiusdem populi & sacerdos Dei, Num. 12.
 quem uirū fuisse mitissimū supra
 omnes homines, qui habitabant
 in terra, priuatas suas iniurias &
 cōuitia placidissime ferre solitū, Exo. 32.
 scriptura sacra testatur: At quan-
 to opere is exarsit in ultionem Ido-
 latriæ: ita ut ad uiginti tria mil-
 lia hominum eius iussu & opera
 una die perirent.

Tantum autem abest, ut eū tantę
 illius

illius stragis pœniteat, ut is execu-
tores seueritatis suę Leuitas etiã
consecrassè manus suas Domino
unumquenq; in fratre & filio suo
confirmet, et benedictionem Do-
mini ipsis, uelut pro pio opere
polliceatur. Nec alia re Phinees,
sacerdos & ipse, sempiternum sa-
cerdotium sibi posterisq; suis sta-
biliuit, & iram Dei à filijs Israel
auertit, quàm quod zelatus pro
Deo suo flagitiosos ultus est. Heli
uero sacerdotem & Saulem re-
gem, non ob aliud Deus auersa-
tus est, quàm quod ille quidẽ pec-
cantes filios suos lenius, quàm de-
bebat, corripuit: Hic uero Agag
regi & Amalechitis impijs peper-
cit. Nã ut admiranda est in priua-
tis lenitas & mansuetudo, sic in
Magi-

Phi-
nees.

Num. 25.

Heli &
Saul.

1. Reg. 2.

1. Reg. 2.

Magistratu apprime necessaria est in loco seueritas: qua ubi uacat Respub. peccare uulgo aiunt eos, qui recte faciant, sublatoque bonorum ac malorum discrimine, sursum ac deorsum cuncta misceri, & ad extremum euertere funditus eiusmodi Respub. necesse est.

His igitur animatus & admonitus Antistes optime, tu quoque in impios, in hereticos, in sacrilegos, in uiolentos, denique in nos ipsos, qui uita et moribus nihil minus quam sacerdotes sumus, maiore seueritate uti incipe, uince ingenium tuum, seruito usibus Ecclesie. Sentiât te iudicem, qui patrem non agnoscunt: sentiant seuerum, qui hactenus leni

Seueritas in hereticos.

Luc. 10.

D tate

tate tua sunt abusi. Imitare Samaritanum illum Euangelicum, qui uulneribus consautiati à la tronibus, non modo lenitatis oleum, uerumetiam acrimoniae uinum infudit.

Exem. Siue adeo imitare Christum,
 pla seu cuius minister es. Imitare autem
 ritatis non tantum commendantem &
 in Chri remunerantem fidem Petri, ue
 sto. rû etiam reiicientem eum, ut Sa
 Matt. 16. tanam atque scandalum: Nectan
 Mar. 10. tum filiolos & amicos appellan
 Ioann. 11. tem eos, ad quos loquebatur, ue
 Matth. 23. rum etiam uæ & gehennam mi
 nitantem: Nectantum ad refo
 Matth. 11. cillationem & requiem inuitan
 tem laborantes & oneratos, ue
 Ioan. 2. rum etiam flagello eiicientem c
 templo

templo uendentes & ementes, & mensas numulariorum subuertentem. Eiecit ille uendentes sua, suoque ementes ea, quæ cultui diuino seruibant: eñce tu cōmentata sua, uel etiam aliena pro uerbo Dei uenditātes: eñce cultū diuinum profanantes, & sanctissimas cæremonias irridentes: eñce rapientes aliena, & in Christos nos Domini sacerdotes impias & consceleratas manus iniiciens tes.

Denique subuerte mensas numulariorum, hoc est, repurgate mē Del Ecclesiam negociatoribus, cauponibus, & ijs omnino sacerdotibus, qui quæstum esse putant pietatem, cumque moribus & ui-

Subuer
tere mē
fas nu-
mulari-
orum.
1. Tim. 6.

MARTINI CROMERI

Rom. 16.

ta omni, atque etiam opinionibus
fortasse maxime profani sint, in
sacra uel fraude irrepunt, uel ui ir-
rumpunt, & in opimis sacerdotijs,
non sine probro totius ordinis,
non Iesu Christo, sed suo uentri
seruiūt et libidini. Libera nostrū
ordinem non modo inuidia &
contemptu uulgi, sed etiam capi-
tali omnium odio, quo nimis
prægrauatur, nostra ipsorum for-
tasse culpa. Et facis tu quidē per-
multa; Longe plura sanè quàm
quisquam alius, quod citra inuidi-
am dictum sit: quin & extra
tuā Diocesim (scio quid dicam)
conseruandæ uel instaurandæ
religioni non malam nauas
operam.

Sed

Sed quo magis ad pietatem
 te appositum esse homines ani-
 maduertunt, quo melius, quid
 facto opus sit, callere existimant,
 quo plus denique posse intelli-
 gunt, eò maiora abs te expe-
 ctant. Neque ad uulgarem huius
 temporis Episcoporum laudem,
 sed ad priscorum illorum decus
 te natum esse iudicant. Enitere
 igitur, & quo studio curaque alijs
 pro cōmodis suis necessariorum
 que suorum satagunt, ea tu pro
 gloria Dei & Ecclesia Christi, cui
 omnia teq; ipsum debes, dimica-
 fauebit procul dubio pio studio
 & conatui Deus, & non mo-
 do euentum præstabit, uerum
 etiam chariorem & admirabilio-

Adhor-
 tatio ad
 Episco-
 pum.

MARTINI CROMERI

1. Pet. 5.

rem cunctis te reddet, ac deinde
beata immortalitate, & ut ait D.
Petrus, immarcessibili gloriæ co
rona remunerabitur.

Admo
nitio
Cleri in
Syno
do.

At uos patres & fratres uel
nerandi pastoris & Antistitis uel
stri, tam pios & uobis Ecclesiæ
Dei salutares conatus pijs uotis
& fauore prosequentes, assiduis
apud Deum precibus adiuuate.
Illo aspirante, hic facile & hære
ticorum prauam sementem extir
pabit, & diuini cultus atque Ece
clesiasticæ authoritatis contempto
res et euersores percellet, & sacri
legas cupidorum hominum ma
nus à fortunis ac ceruicibus uel
stris arcebit: & uero ornandis
bonis ac dignis uiris, negligens
dis

dis indignis, coercendisque impuris & improbis, splendorem ac dignitatem suam pristinam, ceterorumque ordinum charitatem & obseruantiam ordini nostro restituet. Quod si forte aliquid peccata nostra promerentur, & accuratius etiam uentilabrum in manu habenti Deo aream suam purgare uisum erit, his fieri incipientibus respiciemus, quemadmodum à Christo monemur, & leuabimus capita nostra, quoniam appropinquat redemptio nostra: & ad illam de patientia & consolatione scripturarum, Pauli doctrinam confugiemus, ne defatigemur animis nostris deficientes: in patientia nostra

Luc. 3.

Rom. 15.

Heb. 12.

Marc. 8.

ſtra poſsidebimus animas noſ-
 ſtras, pro quibus nullam parem
 commutationem dare poſſumus.
 Heb. 12. per patientiam curremus ad pro-
 poſitum nobis certamen, aſpicien-
 tes in authorem fidei & conſum-
 matorē Ieſum, qui propoſito ſibi
 gaudio ſuſtinuit crucē. In hoc em̄
 1. Pet. 2. uocati ſumus, quemadmodū ſcri-
 bit D. Petrus: Cogitabimus per
 Aſto. 14. multas tribulationes intrare nos
 Conſo oportere in regnū Dei. Non em̄
 latio. ad huius uite commoda uocati ſu-
 mus, neque humi defixas cogi-
 tationes & ſpes habere debe-
 Heb. 13. mus. Neque hic manentem ciuita-
 tem habemus, ſed futuram inqui-
 rimus, ubi pax ſumma eſt & tran-
 quillitas, & ſempiterna beati-
 tas

tas. Vbi non esuriet quisquam,
 ut est in Apocalypsi, neque siti- *Apo. 7.*
 et, neque cadet super eum sol,
 nec ullus æstus: Vbi absterget

Deus omnem lachrymam ab o-
 culis sanctorum. Deus autem pa- *Rom. 15.*
 tientiae & solatiij, det nobis id
 ipsum sapere in inuicem secundū
 Iesum Christum, & repleat nos
 omni gaudio & pace in creden-
 do, ut abundemus in spe & uir-
 tute Spiritus sancti: Cui cum eo-
 dem patre & filio, uni, invisibili,
 immortalī, omnipotenti Deo
 omnis honor, laus, & glo-
 ria in sæcula sæculo-
 rum, Amen.

E Mo.

SOMOGVNTIAP

apud S. Victorem, admodum
diligenter excudebat Fran-
ciscus Behem Ty-
pographus.

Mense Martio, Anno
M. D. L.

Laus & gratiarum actio sem-
per Deo Opt. Max.

